Quelle: https://manuscripta.at/?ID=792
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

corda tu dirigas. p. Compl. Presta nobis quesumus
eterne saluator ut percipientes hoc munere veniam
peccatorum deinde omnia peccata vitemus. p. De sancto
Da quesumus omnipotens deus ut Urbano Oro
qui beati urbani martiris tui atque pon-
tificis solemnia eius colimus apud te inter-
cessionibus adiuuemur. Secr. Hec hostia quesumus
domine emundet nostra delicta et ad sacrificium cele-
brandum subditorum tibi corpora mentes sanctificet.
Refecti participacione mu- p. dnm Compl.
neris sacri quesumus domine deus noster ut cuius exequimur
cultum senciamus effectum Viti et modesti. Oro
Martirum tuorum viti et modesti et crescencie
nos tibi quesumus domine intercessio gloriosa
commendet ut quod nostris actibus non meremur
eorum precibus consequamur. p. Secr. Hec munera
quesumus omnipotens deus per tui nominis inuocacionem sanctifi-
ca et sanctorum martirum tuorum viti modesti et
crescencie intercessione nos peccatorum a nostrorum
maculis purifica ut tuis digni conspectibus
semper existere mereamur. p. Compl. Sit nobis
domine sacramenti tui certa saluacio que cum beatorum
viti modesti et crescencie meritis implorantur.